

Formula Marculfina aevi Karolini 6 (lat) [Salzburger Formelmateriale]

INTER PONTIFICES DESTINANDA

Domino almifico atque omni honore dignissimo **n** nutu Dei antestiti^a **n**, acsi^b infimus omnium servorum Dei famulus vestraeque dignationi super modum fidelis, aetheream vobis atque rosifluam in Christi sanguine tam per has exiguitatis nostrae litterulas quamque^c et per portitorem^d |¹ earum optamus vobis in Christo semper felicem fore salutem.

In reliqu[u]m^e vero depreciamur almitatem vestram, ut me^f humillimum servulum vestrum in vestris sacris precibus^g participem habere dignemini vestrisque consortibus dilectionis obtentu copulare nitemini^h et quia terrarum longitudo non separetⁱ quos Christi nectit amor, idcirco expeto almitatem vestram, ut deinceps fraternam caritatem invicem ad nos conservetis, atque individue amore Christi nos^j alterutrum diligamus. Illud vero super omnia commendamus, ut caritas Christi, quod est vinculum perfectionis, inlibata perseveret apud nos. Denique etiam omnimodis scitote, quia quantum suffitientes^k sumus, libenter in omnibus vestram exsequi cupimus voluntatem. Insuper etiam quaesumus^l benivolentiam vestram, ut illum hominem vestrum **n**, qui ad nostram confugit parvitatem, hac de causa nihil mali fatiatis^m sed ei per omnia hanc noxam nostro obtentu concedere dignemini.

Gratia superna vos conservari fatiatⁿ per tempora multa, auxilioque Christi munitus valeas superare Leviathan.

^aantestiti] verbessert aus antestititi *M*₄; antestanti liest *Roc*

^bacsi] ac si edieren *Roc*, *Roz*

^cquamque] Rasur (~15 Buchstaben) hinter quamque *M*₄

^dportitorem] portatorem liest *Roc*

^ereliquum] für reliquum *M*₄, so auch *Roc*, *Roz*, *Zeu*

^fme] über der Zeile ergänzt *M*₄

^gprecibus] p̄cibus *M*₄

^hnitemini] = nitamini; nitamini emendiert *Roc*

ⁱseparet] separat liest *Roc*

^jnos] ausgelassen *Roc*

^ksuffitientes] sufficientes liest *Roc*

^lquaesumus] q̄s *M*₄

^mfatiatis] faciatis liest *Roc*

ⁿfatiat] faciat liest *Roc*

¹[fol. 36^r]